



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

56. Ne quis sine actore condemnetur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

tum, divino, ut confidimus, spiritu promulgatum, si quis Regum deinceps aut temeranter custodire neglexerit, aut malitiosè præterire prælegerit, quo quisque de personis taxatis aliter quàm præmissum est prædamnetur, aut * ex factione conjectæ in eum malitiæ perimatur, vel dejectus sui ordinis loco privetur, & cum omnibus qui ei ex delectatione consenserint, in conspectu altissimi Dei Patris & unigeniti Filij ejus atque Spiritus sancti perenni anathemate ultus, & divinis vel æternis * abdicetur ardoribus concremandus. Et insuper quicquid contra hanc regulam sententiæ nostræ aut in persona cujusquam fuerit actum, aut de rebus accusatæ personæ extiterit judicatum, nullo vigore subsistat, quo persona ipsa aliter quàm decernimus judicata aut testimonij sui dignitatem amittat, aut quæstu rei propriæ careat. Nec * tamen per hæc & hujusmodi statuta Principibus domesticæ correptionis potestas adimitur. Nam specialiter de laicis illis quos non culpa infidelitatis adstringit, sed aut servitij sui officio torpentes aut in commissis sibi actibus reperiuntur esse mordaces vel potiùs negligentes, erit Principi licitum hujusmodi personas absque aliqua eorum infamia vel rei propriæ damno & servitij mutatione corrigere, & in * locum talium alios qui placeant transmutare.

Ne quis sine actore condemnetur. *Ex Concilio Toletano v I. tit. XL.*

Concil. Tolst.
6. C. 11.

LV I. Dignum est ut vita innocentum non maculetur pernicie accusantium, adeo ut

* astu congestæ mal.

* abdicetur

* enim hæc & alia promittentes Princ. d. correct.

* commissos talium.

quisquis à quolibet criminatur, non antè accusatus supplicio deducatur quàm accusator præsentetur, atque legum & canonum * sententia exquiratur; ut si indigna ad accusandum persona inveniatur, ad ejus accusationem non judicetur, nisi ubi pro capite regiae majestatis causa versatur.

Remotis igitur ab inimicitiis, ab insidiis, à mendaciis, remotis ab omni genere flagitiorum sive facinorum, ipsis scilicet Presbyteris qui accusati fuerint, quomodo convincantur, aut quomodo defendantur. Apostolus enim ad Timotheum loquitur dicens: *Adversus Presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantem coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.* Dominus in evangelio Judæis dicit: *In lege vestra scriptum est quia duorum hominum testimonium verum est.* De accusatoribus verò Clericorum in canonibus satis invenitur, & maximè in Carthaginensi Concilio, ut accusatoris quaeratur fides & conversatio. Si autem Presbyteri & Diaconi fuerint accusati, adjuncto sibi ex vicinis locis legitimo numero collegarum, quos ab Episcopo accusati petierint, una secum in presbyterij nomine sex, in nomine diaconij tres, ipsorum causas discutiant.

F I N I S.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.